



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Quarè in genere petimus liberari à malo, & no[n] in specie, vt ab hoc
aut illo malo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

tur malus, (der böse.) quia malorum omnium nobis caput & causa est: petimus igitur liberari ab illo malo, id est, principe mundi Diabolo, & ab omnibus corporalibus & spiritualibus malis, quibus ille malus id est, Diabolus electos Dei afficere solet. Nam Diabolus nostri generis humani iuratus hostis est: in hoc totus incumbens, ut nos seducat, excæcet & damnet in æternum. Sed non potest superare signatos sancto spiritu ad iustitiam & sanctificationem per fidem Christi, sed omnes eius vires pedibus fidelium calcantur in eo qui dicit: Princeps huius mundi non habet in me quicquam, Ioan. 16.

2.

Petimus in genere liberari à malo, & non in specie ut ab infirmitate, fame, bello, &c. cuius ratio est, quia nos non sufficienter agnoscimus, quid nobis proficiat aut quid noceat: nã si quis putat infirmitatem magnum esse sibi damnum, si autem sanus esset, fortè grauius peccare posset, ut per hoc etiam damnaretur, vel aliquid aliud præsumeret, propter quod mereretur mortem: si autem infirmatur, manet in vita & etiam saluari potest. Sic etiam quis putat diuitias sibi plurimum esse proficuas: & idè nihil discit, ociatur, & discendias excitat, aliquando etiam occiditur: aut nihil facit, quàm quod edit, bibit, & ludit, unde in varias incidit infirmitates, & moritur: quod si pauper fuisset, aliquid didicisset & laborasset, melius & salubrius vitam transigeret. Sic sepè quis putat male sibi fieri, si habuerit aduersitates & persecutiones, aut quando impeditur à suo proposito, & nescit nec intelligit quod magis pernicies sua fuisset, si ea mala non habuisset. Ideò nos nescimus, quid nobis bonum vel malum sit in veritate: & propterea nos hoc committimus Deo, & in genere petimus, ut ille dignetur nos liberare à malo, quod ipse scit nobis malum esse, nouit enim melius quàm nos: Quare inquit Petrus. 1. Pet. 4. In sternis oratiõ, & comèdemus fideli creatori animas nostras &c.

&cæt. Ideò, quando breue verbum hoc dicimus, Libera nos à malo, Deus scit nos liberare, vbi opus est, Vult quoque D E V S, vt hanc orationem ad ipsum dirigamus, vt in omni malo quod nobis obuiat, apud cum quæramus opem, & non apud alium hominem: nam dicitur per prophetam Ieremiæ, decimo septimo. Maledictus qui confidit in homine, Ideo soli Deo confidere debemus: nam licet homines nos protegāt aut iuuēt, non homines hoc, sed Deus per illos facit tanquā per instrumentum: si autē id facere Deus noluerit, nec homines poterunt facere. Si infirmamur, & Deus noluerit nos sanos, nec medicus optulabitur: quando autem vult nos sanari, tunc faciet per medicinam, quam ad hoc quasi instrumentum creauit & ordinauit: multò minus proderunt refugia ad incantatrices & spurcitas dæmonum, &cæt. Sic dicit propheta, Clamabitis ad me, & ego exaudiam vos, &cæt. Quare plurimum Deo displicet, quoties per alia media auxilium quærimus, quam per ipsum: nam ibi debitus cultus & honor ei subtrahitur quem exigit à nobis, & tribuitur creaturæ vel Diabolo, id quod grauissimum est peccatū.

3.

Petimus liberari, & non custodiri, à malo: non dicimus, Custodi nos à malo, sed libera nos: Nam certum est, & nos iam fatemur, quod in malum iam incidemus, si dixerimus quod peccata non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, i. Ioann. 1. Rom. 3. Omnes peccauerūt, & egent gloria Dei adhuc fomes peccati latet in carne nostra, sicut calor in calce, & natura nostra oppressa est peccato & primata originali iustitia, ex qua radice supullulāt varia externa vitia, superbia, auaritia, furtum, mēdaciū, mala conscientia, inuidia, heresis: hos motus carnis excitat in nobis Sathan, vt ei obediām⁹ & dānemur, Ne igitur penitus succūbamus & opprimamur & obediām⁹ concupiscentijs carnis, sicut Apostolus

V 3 ad.